



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XCV. Christophoro Richardo Ic.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Ad Ioannem à Gemminge

Magistrum Venat. Palat. EQ.

Quæ dedit umbrantes tot ceruos tempora ramis

Auspicij; hodiè, candide IANE, tuis;

Fausta dies, niueo meritò signanda lapillo;

Fortuna redeat sæpius, o pro, pari.

Si qua dea est, præsens fuit his venatibus ipsa

Delia: quam metuunt per nemus omne caput.

Ipsa simul prædam cupidus obiecit: & ipsa

Terdidit occultam Diua subinde plagam.

Quod decet ergo, canes Diuæ placabimus exiti:

Quos vult esse sacros ipsa Diana sibi.

In prædam, partemque canes fas esto vocare:

Sanguine ceruino pascere guttur edax.

Premia latrantium sunt hæc gratissima turbet:

Nam sic ad prædam fortior ire solet.

XCV.

Christophoro Richardo IC.

Si qua nocet, citò lingua nocet: citò crescit et illa

Noxa: sed haud crescens tam citò noxa fugit.

XCVI.

Ad Vitum Curnerum IC.

Mercedem persolue libens, quicumque laborat

VITE tibi: vitæ pars fuit ille tuæ: